

De  
Aristotele ejusq; Philosophia  
quaedam conscripsit

Paulus Aemilius Schatz.

Dorpati.  
M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXV.

no. 11.

Accepi d. 8. Dec.  
Recepit d. 26. Jan. 1826.

Aristoteles A. 99. natus est Stagiris,  
 urbe Thraciae. A patre Nicomacho, medico  
 et familiari Amyntae, regis Macedonum,  
 studium persequendi naturam in filium trans-  
 latum. Platonem sectatus est per viginti  
 annos, quo duce ingenii acumen exercuit, seque  
 omni doctrina ornavit et instruxit. Neque vero  
 hoc fugiebat regem Philippum, qui cum Alexan-  
 dro, filio suo, praecceptorem arcessi juberet. —

Alexander, quem animalium naturas noscendi  
 cupidine inflamaverat Aristoteles, postea, cum  
 tota Asia Graeciaque ei parerent, magnis pe-  
 cuniis, rebusque naturae visu dignis collectis,  
 ejus studium adjuvabat. Tum Athenas rever-  
 sus, in Lyceo, Gymnasio Atheniensi, inambu-  
 lando disputabat, quo factum, ut schola ejus  
 cognomen peripateticae acciperet. Sed Atheismi  
 accusatus, Chalidem in Euboea habitulum ivit,  
 ubi mortuus est hausto veneno, A. 114, 3.

Perare habebat ingenium, praecipue

ad institutionem vitae communis spectans,  
magnamq. diligentiam litterariam ostendebat.  
Quoad mores ejus, ingratus ei erga Platonem  
animus obicitur, cum quo in dissensione  
visisse fertur; tamen hoc neulquam ita  
intelligendum, quasi in personam ejus in-  
vectus fuisset. — Multa Aristotelis scripta  
jam reteres in exoterica et acroamati-  
ca dividebant (cf. Gell. 20, 5.) Acroamati-  
corum seu esotericorum materia erat Phi-  
losophia remotior, subtiliorq., et quae ad  
naturae contemplationes disceptationesq.  
dialecticas pertineret; exoterici autem  
libri ad vulgi captum accommodati  
erant, plani, faciles et perspicui; ita  
ut, Themistio teste, Venus et Gratiae iis  
florem atq. illecebras adjunxisse videantur.  
Muhle, (in Com. de libr. Aristotelis Distrib.  
in exoter. et acroam.) quadruplicem adhi-  
cuit divisionem, ita ut pars prima omnia

27  
scripta logica, altera theoretica, (De animo,  
Physica et Metaphysica) tertia morum doctri-  
nam philosophicam, et quarta theoriam Rhetor-  
ices et Poeseos amplecteretur. Quae distri-  
butio, <sup>quamvis</sup> justo artificiosior esse videatur, tamen  
non contemnenda, cum omnino non certe  
sciamus, cujusmodi hujus rei ratio fuerit. At patet ratio.  
Coram exp. in.

Aristoteles merito primus inter philo-  
sophos nominari potest, cujus studia po-  
tissimum in rerum natura indaganda  
versarentur. Unum tantum mundum  
contemplatione amplexus est; nullum idealem.  
Principium ejus erat: nihil est in in-  
tellectu, quod non ante fuerit in sensibus.  
Omnis cognitionum materia experientia,  
(a posteriori) dari debet; intellectus ope  
tantum forma finitur. Ut Platonem recte  
philosophum rationem sequentem dicimus,  
ita Aristotelem philosophum intellectus cul-

↑ Aristoteles tantum  
formalis.

torum, philosophia eius empirismus erat,  
Rationalismo Platonis imitatus; Platonis  
autem rationalismus realis erat. Methodus Platonis  
synthetica erat, ab universali ad singulare; Aristo-  
teles viam inductivam ingressus est. Ille ideas  
omnis scientiae habuit principia, ab omni  
experientia separatas; huic vero ratio, sensu-  
bus non subiecta, non valuit principium  
et causa cognitionis humanae, quae tantum  
sensibus percipi potest; ita ut ratio tantum  
facultas logica esset. — Dialectici studii  
origo repetenda est ab eo inde tempore,  
quo primum intelligere coeperunt homines,  
veritatem non temere, sed certa via ac ratione  
inveniendam esse. Haec jam antiquissimi  
aevi sapientes dialecticam tractabant, aliosque  
tradebant. Zenonem Eleatem, qui idem et  
Sextus erat, atque idealismum eleaticum  
contra systema realismi empirici magna  
ingenii acumine defendebat, principem et  
auctorem Dialectices fuisse perhibet ipse

Aristoteles. Dialecticam a sophisticis ad fallaciam  
conversam, Socrates iterum ad veritatis in-  
dagationem revocavit. Plato, quamquam praec-  
epta philosophiae logicae non peculiari expressit  
libro, tamen de ea ita loquitur, ut in ea magnum  
philosophiae momentum posse videatur. Sed  
non satis clare discernit inter logicam et  
metaphysicam. Aristoteles enim sine dubio  
primus, qui certissimum inter veritatem meta-  
physicam et logicam statuerit discrimen, et in  
ideam organi <sup>philosophiae</sup> incidit, quod nomen postea in  
Aristotelis scriptis inditum, quae ad tractandam  
logicam pertinent. — Omnibus quaestionibus  
metaphysicis de principis et generibus cog-  
nitionis ommissis, cogitationem solam et separatam  
consideravit. Inde ab Aristotele Dialectica  
nomen et dignitatem scientiae accepit, et ex  
eo tempore, secundum sententiam Kantii, nihil  
fere mutata est. Nomen Logicae (λογική) <sup>λογική</sup>  
εἰρη, ars rationalis, est a λόγος, ratio) primum  
a Peripateticis inductum, recentiori denum  
usuale frequentari coepit. Et Platone et antiquis

Dicebatur διαλεκτική ἢ ἐξήγησις, ars differendi,  
quam Aristoteles fecit partem logicae. —  
logica igitur Aristotelis scientia est indi-  
recta, seu ὄργανον ἢ ὄργανον i.e. instrumentum  
tantum formale, experientia principium  
scientiae directae. Attamen statuerunt  
Peripatetici, quamquam oriretur a sen-  
sibus veritas, non esse iudicium ejus in sen-  
sibus; mentem esse rerum iudicem solamq;  
idoneam cui crederetur, quia sola cerasset  
id quod semper esset simplex et unius modi  
et tale quale esset. Scripta Aristotelis  
logica ista dividuntur: 1., Categoriae (praedicamenta),  
ubi differit de primis seu originariis notio-  
nibus, quibus cogitando utimur. 2., de inter-  
pretatione. 3., Analytica priora et posteriora.  
4., περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων, de arte refel-  
lendi argumenta inania. 5., Topica, i.e.  
certa quaedam construendarum <sup>notionum</sup> cogitationum  
ars universalis. Hi libri communi nomine  
ὄργανον i.e. instrumentum, appellati sunt. —

29  
Philosophia Aristotelele maximam nata  
est extensionem; omnes amplectitur scientias  
empiricas et rationales, sola historia ex-  
cepta, et modo in logicam, Physicam et  
Ethicam, modo in theoreticam et practicam  
ab eo divisa fuisse videtur; philosophia theo-  
retica igitur, si gradum abstractionis respicimus,  
Physicam et mathematicam amplectitur, et  
philosophiam <sup>u</sup>abstractiorem, (postea metaphysicam), —  
si objecta, — Physicam, cosmologiam et theo-  
logiam. Sub Philosophia practica autem Ethicam,  
Politicam et Oeconomicam intellexit.

Physica sive philosophia naturalis. Natura est  
prima rerum revera existentium, quae tantum  
sensibus, et experientia huc fundata, cognosci  
possunt; quo factum, ut *νόητα* sive ideas  
Platonis omnino esse negaret. Haec tenus  
naturam observat tanquam materialem;  
a parte autem formali principium est  
mutationum cujuscuq; rei. Quae cum  
ita sit, maxima in quaerendo summo principio

versari debebat opera. Principia naturae sibi  
met contraria esse intellexit, cum jam omnes  
fere ante eum philosophi hac in re con-  
sentirent. Principium primum materia est.  
Haec materia, omnibus qualitatibus destituta,  
omnes qualitates induere potest, et primum  
cum forma, altero principio, conjuncta,  
intelligi potest. Principium tertium nega-  
tivum, στέρησις, privationem, vocatur, nam  
si res formam aliquam perit, quae alia  
privatur, nece est Natura igitur seu summa  
rerum quae per cognosci possunt, synthesis  
est materiae et formae. Ad explicandam  
notionem convenientiae totius naturae  
nulla ei opus erat summa intelligentia,  
cum jam in natura ipsa positam esse puta-  
ret. Mutatio sensu latiori omnino erat  
motus (κίνησις) ab uno loco in alterum,  
sensu autem strictiori etiam quaeque quan-  
titatis et qualitatis mutatio. Absoluta mo-  
tionis causa Deus erat (τὸ πρῶτον κινῶν

30  
ἄκων) primus motor. Motus igitur erat  
Nec vero deum alio modo intellexit, nisi  
mentem solutam et liberam segregatam ab  
omni concretionem mortali, omnia mouen-  
tem, ipsamque motu sempiterno praeditam.  
Motus igitur erat correlatum inter mouens  
aliquid et motum, simulque causa qua fit, ut  
res quae existere possunt, re vera existant.  
Hoc transitivum principium ab Aristotele  
ἐκείνου nominatum; conditiones, sub qui-  
bus quaevis motus fieri debet, spatium et tem-  
pus sunt. Doctrina igitur Aristotelis de  
natura rerum nihil aliud est nisi doctrina  
motus.

De mundo. Deus integra totius mundi  
pars; tamen mutationibus non subiectus, ex-  
tra tempus et spatium existit. Est tantum  
unus mundus, Totum omnibus suis numeris  
et partibus expletum; quoad spatium, finibus  
terminatum, quoad tempus, aeternum; nam  
etsi partes singulae pereant, tamen mundus  
ipse interire non potest. Mundo formam

tribuit globulam Aristoteles, quippe quae ma-  
xime absoluta et perfecta. Sub caelo Aristoteles  
sensu latiori eam mundi partem, quae supra  
terrae regionem existit, sensu autem angustiori  
sphaeram extremam <sup>intellexit</sup> cui deus proximus, quamq;  
primam movet. Terra centrum est, circa  
quod omnia moventur. Elementum, ex quo  
caelum et sidera constant, materia est aethere-  
a, quae eadem est principium cogitandi.  
Ex qua sententia Aristoteles corrupta, postea  
multum sibi hauserunt Astrologi. Confide-  
ranti mihi haec omnia, totus Aristotelis  
mundus horologii speciem prae se ferre  
videtur, ubi omnia inter se arcte cohaerent;  
deus primus motor, coelum movet, hoc  
terram. Attamen haec aristotelicae philo-  
sophiae pars obscurior, saepiusq; sibi non  
constans.

De animo. Psychologia Aristoteli primam  
quamvis imperfectam tractationem scienti-  
ficam debet. Quae criticus philosophorum  
priorum materialismum oppugnat, e.g. <sup>Atto</sup>

81  
mistarum, praecipue Leucippi, qui animum  
ex atomis conflatum fingeret. Contra eos  
animum dixit principium vitae (quod saepe  
salissimo fumentum) et primam cuiusq; corporis  
organici formam (εὐταλὴν, quasi quaedam  
continuam motionem et perennem). Huc tres  
animi facultates fundavit; quarum prima: anima  
vegetativa, altera: sensitiva, tertia: rationalis. —  
Anima tantum vegetativa plantae praeditae  
sunt; in animalibus haec organismi functiones  
cum vi sentiendi conjunctae; homini autem  
praeter ea cogitandi inest vis, quae eadem  
atq; immortalis. Inter jucundissimas quaestiones  
referenda sunt, quae de cognoscendi functionibus  
animadvertit. Vis percipiendi formas rerum  
facultas tantum passiva; pari modo intel-  
lectus (νοῦς) patiens nolas rerum oculorum  
sensum effugientes excipit, atq; agens seu logicus  
materiam prioris in ordinem redigit et conjungit.  
In quo omnes sensus conveniunt, sensum communem  
appellat. De animi immortalitate quid statu-  
erit Aristoteles, jam antiquissimis temporibus

certatum est. Nulli tamen veterum animum  
ab eo mortalem judicatum esse censent. Non  
Non totam tamen animum ei visum esse corrupti-  
bilem et mortalem, ex eo loco apparet, ubi  
intellectum in agentem ( $\pi\alpha\iota\eta\tau\iota\kappa\omicron\varsigma$ ) et patientem  
( $\tau\alpha\delta\eta\tau\iota\kappa\omicron\varsigma$ ) dividit, et illam quidem <sup>in</sup> mortalem,  
hunc corruptioni obnoxium esse affirmat. Annuo  
universa Aristotelis doctrina de animo obsu-  
rissima, nec raro in ea sibi ipse repugnare vi-  
detur. Sane operae pretium foret, si quis et  
locis clarioribus ~~systema~~ quaecumque Psychol-  
ogiae ejus evadere studuisset, cum, quae huiusq[ue]  
conjectura allatae sint, non plane sufficiant.

Metaphysica Aristotelis universalis erat,  
quam recentiores ontologiam vocant. Am-  
plius explicacionem analyticam notionum  
metaphysicarum aut categoriarum. Tum  
sequuntur, quae de principio rerum ejusq[ue]  
qualitatibus meditatae est; sed theologiae  
ejus, summo philosophiae fastigio, pars mores  
speculans decet. Deus actus est cogitandi,  
seque ipsum cogitantem cogitat; simulq[ue] est

32  
intellectiva, quae se ipsam contemplant, pura  
fruitur felicitate; conexum vero ejus cum mundo  
respuentes nihil aliud est nisi motus prin-  
cipium.

Cum jam tempus prohibeat, quo minus  
quaedam de philosophia Aristotelis morali di-  
scutiam, alio loco uberius eam tractare in  
animo habeo.—

